

3. I verbi deponenti

I **verbi deponenti** nella flessione presentano **forma** identica a quella **passiva**, ma hanno significato attivo. Come gli attivi, anche i deponenti sono raggruppati in quattro coniugazioni.

Nel vocabolario il paradigma è indicato nella forma passiva.

1 ^a <i>hortor, -āris, hortatus sum, -āri</i>	= esortare
2 ^a <i>verëor, -ēris, veritus sum, -ēri</i>	= temere
3 ^a <i>sequor, -ëris, secutus sum, sequi</i>	= seguire
4 ^a <i>largior, -īris, largitus sum, -iri</i>	= donare
<i>ior: patior, -ëris, passus sum, pati</i>	= sopportare

I verbi in *ior*, oltre a *patior*, sono: *morior, -ëris, mortuus sum, mori* e *gradior, -ëris, gressus sum, gradi* = camminare.

Vedi le tabelle dei verbi deponenti alle pagine 6-9.

esercizi

1 Considera i seguenti verbi e completa la tabella proposta.

<i>arbitror, -āris, -atus sum, -āri</i>	credere
<i>comitor, -āris, -atus sum, -āri</i>	accompagnare
<i>miror, -āris, -atus sum, -āri</i>	ammirare
<i>polliceor, -ëris, pollicitus sum, -ëri</i>	promettere
<i>tueor, -ëris, tuitus sum, -ëri</i>	guardare
<i>fateor, -ëris, fassus sum, -ëri</i>	confessare
<i>loquor, -ëris, locutus sum, loqui</i>	parlare
<i>nascor, -ëris, natus sum, nasci</i>	nascere
<i>utor, -ëris, usus sum, uti</i>	usare
<i>blandior, -īris, blanditus sum, blandiri</i>	accarezzare
<i>mentior, -īris, mentitus sum, mentiri</i>	mentire
<i>potior, -īris, potitus sum, potiri</i>	impadronirsi

VOCI VERBALI	MODO E TEMPO	PERSONA E NUMERO	TRADUZIONE
<i>arbitrabantur</i>			
<i>mirer</i>			
<i>arbitraretur</i>			
<i>comitati sunt</i>			
<i>comitantibus</i>			
<i>mirareris</i>			
<i>miratus erat</i>			
<i>polliciti essent</i>			
<i>pollicitus sim</i>			
<i>miraremur</i>			
<i>tuitos esse</i>			
<i>tuere</i>			
<i>polliceremini</i>			
<i>tuearis</i>			
<i>pollicitus esset</i>			
<i>tuitus sis</i>			
<i>locutus ero</i>			
<i>locutus eram</i>			
<i>loquebatur</i>			
<i>blandientur</i>			
<i>potiti sunt</i>			
<i>potiretur</i>			
<i>blandimur</i>			
<i>mentitus sum</i>			
<i>mentimini</i>			

2 Traduci le seguenti forme verbali.

sequitur • mentiebaris • sequetur • blandieris • blandiris • blandientium • mirabantur • mirati sunt • miratus esses • mirari • hortare! • pollicitus sim • polliceremur • tuiti simus • tuitus eram • tuitus eris • tuetur • vereri • veremur • veritu • veritus ero • utentur • uti • usus ero • usi eritis • loquere • secutum esse • sequere • sequi • utuntur

3 Traduci.

Pensa! • accompagnerai • che tu accompagni • esortavano • ammirerai • ammireranno • ammirano • prometti! • promettere • hai promesso • avrai promesso • hanno promesso • avevano guardato • hai confessato • confessi • confesserai • parleranno • nasceranno • usi • hai usato • hanno accarezzato • si erano impadroniti • hanno mentito • menti! • ebbero parlato • avevano parlato • a coloro che parlano • avevi accarezzato • avranno accarezzato • si erano impadroniti.

4 Completa le seguenti frasi, poi traduci utilizzando i verbi deponenti inseriti negli spazi.

1. *Quod* , *et ego*
avevate temuto (usa *vereor*) avevo temuto

Traduzione

2. *Pythagoram discipuli tamquam deum*
veneravano (usa *veneror*)

Traduzione

3. *In omnibus rebus* *semperque* *Fortuna.*
domina (usa *dominor*) dominerà

Traduzione

4. *Crassus, ubi suos* *contionem dimisit.*
ebbe esortato (usa *hortor*)

Traduzione

5. *Si culpam* *veniam facile invenies.*
avrà confessato (usa *fateor*)

Traduzione

6. *Urbem finitimam, quam frustra diu oppugnaverant, hostes dolo occupare*
tentarono (usa *conor*)

Traduzione

7. *Officia erga deum, patriam, parentes semper* , *Antoni: si haec*
ricordati (usa *recordor*)

officia *semper*
ti sarai ricordato sarai lodato (usa *laudo*)

Traduzione

8. *quod nobis*
Ricordatevi (usa *recordor*) avete promesso (usa *polliceor*)

Traduzione

9. *Ignoro quibus verbis matrem illam, duobus filiis uno die orbatam,*
consolare (usa *consolor*)

Traduzione

5 Traduci.

- 1. *Obliviscere iniurias, non beneficia.* • 2. *Dux et milites fortunam belli libenter partientur.* •
- 3. *Dona partire, ut omnes contenti sint pueri.* • 4. *Caesar fugientes hostes usque ad flumen persecutus erat.* • 5. *Numquam e fortuna sed operibus virtutem hominum mensus sum.* • 6. *Postridie*

eius diei Caesar pedites equitesque misit, ut barbaros persequerentur. • 7. *Viri boni est nescire iniuriam pati.* (Publ. Sir.) • 8. *Homo toties moritur, quoties amittit suos.* (Publ. Sir.) • 9. *Leges cum omnibus semper una atque eadem voce loquuntur.* (Cic.) • 10. *Optimorum animi maxime ad immortalitatem nituntur.* (Cic.) • 11. *Turpe est aliud loqui, aliud sentire.* (Sen.) • 12. *Dum loquor, hora fugit.* (Or.).

6 Traduci.

1. *Ambo Romani consules ad Africam profecti sunt cum trecentarum navium classe.* (Eutr.) • 2. *Cn. Servilius Caepio, C. Sempronius Blaesus consules cum ducentis sexaginta navibus ad Africam profecti sunt. Aliquot civitates ceperunt. Praedam ingentem reducentes, naufragium passi sunt.* (Eutr.) • 3. *Multi autem reges ex regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur, et habitu Romano, togati scilicet, ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt. Moriens Divus appellatus est.* (Eutr.) • 4. *Dulce et decorum est pro patria mori.* (Or.) • 5. *Nascitur ex assiduitate laborum animorum hebetatio quaedam et languor.* (Sen.) • 6. *Numquam est fidelis cum potente societas: testatur haec fabula propositum meum.* (Fedr.) • 7. *Humiles laborant, ubi potentes dissident. Rana in palude pugnam taurorum intuens: «Heu quanta nobis instat pernicies! – ait-.* (Fedr.) • 8. *Omnes homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, decet niti summa ope ne transeant (di non passare) vitam silentio veluti pecora, quae natura finxit prona atque oboedientia ventri.* (Sall.)

7 Traduci.

1. *Ac, tametsi haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur (sembra) res gestas scribere.* (Sall.) • 2. *(Catilinae) corpus (erat) patiens inediae, algoris, vigiliae, supra quam cuiquam credibile est.* (Sall.) • 3. *Nam (Atticus) cum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus aedificator. Neque tamen non in primis bene habitavit omnibusque optimis rebus usus est.* (Nep.) • 4. *In ea pugna M. Cato, oratoris filius, dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus, pedestre proelium adgreditur.* (Giust.) • 5. *Filius Croesi regis, cum iam fari per aetatem posset, infans erat, et, cum iam multum adolevisset, item nihil fari quibat (poteva).* (Gell.) • 6. *In cuius brachium carbo ardens delapsus est.* (Val. Mass.) • 7. *Laus nova nisi oritur, etiam vetus amittitur.* (Publ. Sir.)

8 Traduci usando i verbi deponenti laddove necessario.

1. L'uomo saggio, anche se avrà sperimentato la fortuna avversa, vivrà una vita tranquilla. • 2. Essendo sorta una grande discordia tra i cittadini, la città fu presa. • 3. Il comandante, avendo esortato i soldati al combattimento, attaccò battaglia e, avendo messo in fuga i nemici, fece grandissima preda. • 4. Ambasciatori di tutta la Gallia vennero da Cesare per congratularsi (supino). • 5. Diciamo che la gloria accompagna e accompagnerà sempre le opere virtuose. • 6. I nemici, essendo stati vinti per terra e per mare, tentarono di rinnovare la battaglia, ma di nuovo, essendo stati messi in fuga, spedirono ambasciatori perché trattassero la pace. • 7. Ammiriamo e ammireremo sempre le orazioni di Cicerone. • 8. Confessa che hai errato e avrai il perdono. • 9. Abbi compassione dei miseri, o figlio mio, e imita gli esempi dei buoni!

9 Traduci.

Artaserse tenta invano di uccidere Datame

Artaxerses, quod implacabile odium in Datamen susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere meditatus est: quas ille plerasque vitavit. Sicut, cum ei nuntiatum esset quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero, experiri voluit verum falsumne sibi esset dictum. Itaque eo profectus est, in quo itinere futuras insidias dixerant. Sed elegit corpore ac statura simillimum sui eique vestitum suum dedit atque eum eo loco pervenire quo ipse consuerat iussit; ipse autem ornatu vestituque militari inter corporis custodes iter facere cepit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu, impetum in eum faciunt qui suppositus (messo in sua vece) erat. Praedixerat autem iis Datames, cum quibus iter faciebat, ut (che) parati essent facere, quod ipsum facientem vidissent (avevano visto). Ipse, ut cuncurrentes insidiatores tuitus est, tela in eos coniecit. Hoc idem cum universi fecissent, priusquam insidiatores pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi conciderunt.

(da Nepote)

10 Traduci.

Il libro dal papiro alla pergamena

In palustris Aegypti regionibus papyrum nascitur. Radicibus incolae pro ligno utuntur; ex ipso autem papyro navigia texunt, e libro¹ vela, tegetes, vestes ac funes. Praeparantur ex eo etiam chartae. Chartae ex papyro usus post Alexandri demum victorias repertus est. Primo enim scriptum est in palmarum foliis, deinde in libris quarundam arborum. Postea orta est consuetudo fabricari publicas inscriptiones in plumbeis aut marmoribus tabulis. Tandem aemulatio regum Ptolomaei et Eumenis maxima fuit et in bibliotecis natum est certamen inter duos reges propter librorum excellentiam. Hoc occasionem dedit uti membranā Pergami. Ab eo tempore libri modo in charta ex papyro facta, modo in membranis scripti sunt.

1. e libro: con la scorza.

11 Traduci.

Paolo Emilio vince Perseo

Paulus Aemilus eius, qui in pugna Cannensi cecidit, filius fuit. Is, consul creatus, contendit in Macedoniam provinciam, quia Perseus, Philippi filius, bellum in Romanos renoverat. Profectus igitur in Macedoniam, domum sub vesperum e curia reversus, Tertiam, filiolum suam tum admodum parvam, amplexus est et, cum tristiculam animadvertisset: «Cur, inquit, mea Tertia tam tristis est?». Cum illa respondisset Persam mortuum esse, pater artius puellam complexus est. «Accipio omen, inquit, mea filia». Persa quidem erat catellus eo nomine; sed pater ex fortuito dicto spem certam victoriae animo praesumpsit. Profectus in Macedoniam, Paulus Aemilius cum Perseo acerrime pugnavit, eum profligavit et fugatum usque ad noctem persecutus est. Reversus in castra gravi cura afflictus est, quod filius non inveniretur (trad. con l'indicativo). Hic enim, acrius hostes insequens, ingenti turba longe abstractus erat. Media tandem nocte nuntiatum est eum reversum esse. Tunc vero pater gaudio tantae victoriae frui potuit.

Verbi deponenti - Paradigma della 1ª coniugazione

	Indicativo	Congiuntivo	Imperativo
Presente	<i>hort-or</i> io esorto <i>hort-āris</i> <i>hort-ātur</i> <i>hort-āmur</i> <i>hort-āmīni</i> <i>hort-āntur</i>	<i>hort-er</i> io esorti <i>hort-ēris</i> <i>hort-ētur</i> <i>hort-ēmur</i> <i>hort-ēmīni</i> <i>hort-ēntur</i>	Pres: 2ª S. <i>hort-āre</i> esorta 2ª P. <i>hort-āmīni</i> esortate Fut.: non usato
	Imperfetto	<i>hort-ābar</i> esortavo <i>hort-ābāris</i> <i>hort-ābātur</i> <i>hort-ābāmur</i> <i>hort-ābāmīni</i> <i>hort-ābāntur</i>	<i>hort-ārer</i> io esortassi <i>hort-arēris</i> io esorterei <i>hort-arētur</i> <i>hort-arēmur</i> <i>hort-arēmīni</i> <i>hort-arēntur</i>
Futuro semplice		<i>hort-ābor</i> esorterò <i>hort-ābēris</i> <i>hort-ābitur</i> <i>hort-ābīmur</i> <i>hort-ābimīni</i> <i>hort-abūntur</i>	
Perfetto	esortai, ho (ebbi) esortato <i>hortāt-us,</i> { <i>sum</i> -a, -um } <i>es</i> <i>est</i> <i>hortāt-i,</i> { <i>sumus</i> -ae, -a } <i>estis</i> <i>sunt</i>	io abbia esortato <i>hortāt-us,</i> { <i>sim</i> -a, -um } <i>sis</i> <i>sit</i> <i>hortāt-i,</i> { <i>simus</i> -ae, -a } <i>sitis</i> <i>sint</i>	Gerundio G. <i>hort-andi</i> di esort. D. <i>hort-ando</i> a esort. A. (ad) <i>hort-andum</i> a esort. Ab. <i>hort-ando</i> coll'esort.
	Piuccheperfetto	avevo esortato <i>hortāt-us,</i> { <i>eram</i> -a, -um } <i>eras</i> <i>erat</i> <i>hortāt-i,</i> { <i>erāmus</i> -ae, -a } <i>erātis</i> <i>erant</i>	io avessi o avrei esortato <i>hortāt-us,</i> { <i>essem</i> -a, -um } <i>esses</i> <i>esset</i> <i>hortāt-i,</i> { <i>essēmus</i> -ae, -a } <i>essētis</i> <i>essent</i>
Futuro ant.	avrò esortato <i>hortāt-us,</i> { <i>ero</i> -a, -um } <i>eris</i> <i>erit</i> <i>hortāt-i,</i> { <i>erīmus</i> -ae, -a } <i>erītis</i> <i>erunt</i>		Supino Att. <i>hortāt-um</i> a esortare Pass. <i>hortāt-u</i> a essere esortato

Verbi deponenti - Paradigma della 2ª coniugazione

	Indicativo	Congiuntivo	Imperativo
Presente	<i>ver-ĕor</i> io temo <i>ver-ĕris</i> <i>ver-ĕtur</i> <i>ver-ĕmur</i> <i>ver-ĕmĭni</i> <i>ver-ĕntur</i>	<i>ver-ĕar</i> io tema <i>ver-ĕaris</i> <i>ver-ĕatur</i> <i>ver-ĕamur</i> <i>ver-ĕamĭni</i> <i>ver-ĕantur</i>	Pres.: 2ª S. <i>ver-ĕre</i> temi 2ª P. <i>ver-ĕmĭni</i> temete Fut.: non usato
	Imperfetto	<i>ver-ĕbar</i> temevo <i>ver-ĕbāris</i> <i>ver-ĕbātur</i> <i>ver-ĕbāmur</i> <i>ver-ĕbāmĭni</i> <i>ver-ĕbāntur</i>	<i>ver-ĕrer</i> io temessi, temerei <i>ver-erĕris</i> <i>ver-erĕtur</i> <i>ver-erĕmur</i> <i>ver-erĕmĭni</i> <i>ver-erĕntur</i>
Futuro semplice		<i>ver-ĕbor</i> temerò <i>ver-ĕbĕris</i> <i>ver-ĕbĭtur</i> <i>ver-ĕbĭmur</i> <i>ver-ĕbimĭni</i> <i>ver-ĕbūntur</i>	
Perfetto	temei, ho (ebbi) temuto <i>verĭt-us,</i> { <i>sum</i> -a, -um { <i>es</i> <i>est</i> <i>verĭt-i,</i> { <i>sumus</i> -ae, -a { <i>estis</i> <i>sunt</i>	io abbia temuto <i>verĭt-us,</i> { <i>sim</i> -a, -um { <i>sis</i> <i>sit</i> <i>verĭt-i,</i> { <i>simus</i> -ae, -a { <i>sitis</i> <i>sint</i>	Gerundio G. <i>ver-endi</i> di temere D. <i>ver-endo</i> a temere A. (ad) <i>ver-endum</i> a temere Ab. <i>ver-endo</i> col temere
	Piuccheperfetto	avevo temuto <i>verĭt-us,</i> { <i>eram</i> -a, -um { <i>eras</i> <i>erat</i> <i>verĭt-i,</i> { <i>erāmus</i> -ae, -a { <i>erātis</i> <i>erant</i>	io avessi temuto, avrei temuto <i>verĭt-us,</i> { <i>essem</i> -a, -um { <i>esses</i> <i>esset</i> <i>verĭt-i,</i> { <i>essēmus</i> -ae, -a { <i>essētis</i> <i>essent</i>
Futuro ant.	avrò temuto <i>verĭt-us,</i> { <i>ero</i> -a, -um { <i>eris</i> <i>erit</i> <i>verĭt-i,</i> { <i>erĭmus</i> -ae, -a { <i>erĭtis</i> <i>erunt</i>		Supino Att. <i>verĭt-um</i> a temere Pass. <i>verĭt-u</i> a essere temuto

Verbi deponenti - Paradigma della 3ª coniugazione

	Indicativo	Congiuntivo	Imperativo
Presente	<i>seqū-or</i> io seguo <i>sequ-ēris</i> <i>sequ-ītur</i> <i>sequ-īmur</i> <i>sequ-imīni</i> <i>sequ-untur</i>	<i>seqū-ar</i> io segua <i>sequ-āris</i> <i>sequ-ātur</i> <i>sequ-āmur</i> <i>sequ-āmīni</i> <i>sequ-āntur</i>	Pres: 2ª S. <i>sequ-ēre</i> segui 2ª P. <i>sequ-imīni</i> seguite Fut.: non usato
	Imperfetto	<i>sequ-ēbar</i> seguivo <i>sequ-ebāris</i> <i>sequ-ebātur</i> <i>sequ-ebāmur</i> <i>sequ-ebāmīni</i> <i>sequ-ebāntur</i>	<i>sequ-ērer</i> io seguissi, <i>sequ-ērēris</i> seguirei <i>sequ-ērētur</i> <i>sequ-ērēmur</i> <i>sequ-ērēmīni</i> <i>sequ-ērēntur</i>
Futuro semplice		<i>seqū-ar</i> seguirò <i>sequ-ēris</i> <i>sequ-ētur</i> <i>sequ-ēmur</i> <i>sequ-ēmīni</i> <i>sequ-ēntur</i>	
Perfetto	seguii, ho seguito, ebbi seguito <i>secūt-us,</i> { <i>sum</i> -a, -um { <i>es</i> <i>est</i> <i>secūt-i,</i> { <i>sumus</i> -ae, -a { <i>estis</i> <i>sunt</i>	io abbia seguito <i>secūt-us,</i> { <i>sim</i> -a, -um { <i>sis</i> <i>sit</i> <i>secūt-i,</i> { <i>simus</i> -ae, -a { <i>sitis</i> <i>sint</i>	Gerundio G. <i>sequ-endi</i> di seguire D. <i>sequ-endo</i> a seguire A. (ad) <i>sequ-endum</i> a seguire Ab. <i>sequ-endo</i> col seguire
	Piuccheperfetto	avevo seguito <i>secūt-us,</i> { <i>eram</i> -a, -um { <i>eras</i> <i>erat</i> <i>secūt-i,</i> { <i>erāmus</i> -ae, -a { <i>erātis</i> <i>erant</i>	io avessi seguito, avrei seguito <i>secūt-us,</i> { <i>essem</i> -a, -um { <i>esses</i> <i>esset</i> <i>secūt-i,</i> { <i>essēmus</i> -ae, -a { <i>essētis</i> <i>essent</i>
Futuro ant.	avrò seguito <i>secūt-us,</i> { <i>ero</i> -a, -um { <i>eris</i> <i>erit</i> <i>secūt-i,</i> { <i>erīmus</i> -ae, -a { <i>erītis</i> <i>erunt</i>		Supino Att. <i>secūt-um</i> a seguire Pass. <i>secūt-u</i> a essere seguito

Verbi deponenti - Paradigma della 4ª coniugazione

	Indicativo	Congiuntivo	Imperativo
Presente	larg-ior io dono <i>larg-īris</i> <i>larg-ītur</i> <i>larg-īmur</i> <i>larg-īmīni</i> <i>larg-iuntur</i>	larg-iar io doni <i>larg-iāris</i> <i>larg-iātur</i> <i>larg-iāmur</i> <i>larg-iāmīni</i> <i>larg-iāntur</i>	Pres. 2ª S. <i>larg-īre</i> dona 2ª P. <i>larg-īmīni</i> donate Fut.: non usato
	Imperfetto	larg-iēbar donavo <i>larg-iebāris</i> <i>larg-iebātur</i> <i>larg-iebāmur</i> <i>larg-iebāmīni</i> <i>larg-iebantur</i>	larg-irer io donassi, donerei <i>larg-irēris</i> <i>larg-irētur</i> <i>larg-irēmur</i> <i>larg-irēmīni</i> <i>larg-irēntur</i>
Futuro semplice		larg-iar donerò <i>larg-iēris</i> <i>larg-iētur</i> <i>larg-iēmur</i> <i>larg-iēmīni</i> <i>larg-ientur</i>	
Perfetto	donai, ho, ebbi, donato <i>largīt-us,</i> { <i>sum</i> -a, -um { <i>es</i> <i>est</i> <i>largīt-i,</i> { <i>sumus</i> -ae, -a { <i>estis</i> <i>sunt</i>	io abbia donato <i>largīt-us,</i> { <i>sim</i> -a, -um { <i>sis</i> <i>sit</i> <i>largīt-i,</i> { <i>simus</i> -ae, -a { <i>sitis</i> <i>sint</i>	Gerundio G. <i>larg-iendi</i> di donare D. <i>larg-iendo</i> a donare A. (ad) <i>larg-iendum</i> a donare Ab. <i>larg-iendo</i> col donare
	Piuccheperfetto	avevo donato <i>largīt-us,</i> { <i>eram</i> -a, -um { <i>eras</i> <i>erat</i> <i>largīt-i,</i> { <i>erāmus</i> -ae, -a { <i>erātis</i> <i>erant</i>	io avessi donato avrei donato <i>largīt-us,</i> { <i>essem</i> -a, -um { <i>esses</i> <i>esset</i> <i>largīt-i,</i> { <i>essēmus</i> -ae, -a { <i>essētis</i> <i>essent</i>
Futuro ant.	avrò donato <i>largīt-us,</i> { <i>ero</i> -a, -um { <i>eris</i> <i>erit</i> <i>largīt-i,</i> { <i>erīmus</i> -ae, -a { <i>erītis</i> <i>erunt</i>		Supino Att. <i>largīt-um</i> a donare Pass. <i>largīt-u</i> a essere donato

4. I verbi semideponenti

I **semideponenti** sono verbi che presentano una **forma mista**: hanno coniugazione attiva nel sistema del presente, deponente nel sistema del perfetto. I semideponenti sono questi sei verbi:

<i>audeo, -es, ausus sum, audēre</i>	osare
<i>gaudeo, -es, gavisus sum, gaudēre</i>	godere
<i>soleo, -es, solitus sum, solēre</i>	essere solito
<i>fido, -is, fisis sum, fidēre</i>	fidarsi, aver fiducia
<i>confido, -is, confisus sum, confidēre</i>	confidare
<i>diffido, -is, diffisus sum, diffidēre</i>	diffidare

Fido e **confido** reggono il dativo se si riferiscono a un pronome o a un nome di persona; reggono l'ablativo se si riferiscono a una cosa.

Diffido regge quasi sempre il dativo della persona e della cosa a cui si riferisce (raramente l'ablativo).

Il participio passato di questi semideponenti ha spesso valore di participio presente.

<i>ausus</i>	osando, avendo osato
<i>confisus</i>	confidando, avendo confidato
<i>diffisus</i>	diffidando, avendo diffidato
<i>fisis</i>	fidandosi, essendosi fidato
<i>gavisus</i>	godendo, avendo goduto

esercizi

12 Traduci.

a) affinché osassero • godevano • che avessero goduto • fidati! • erano soliti • si fidava della sua ancella • fidatevi di noi! osavano • mi fiderò di te • si era fidato • era solito • poiché non vi fidaste • si fideranno • si saranno fidati di te • non ti fidasti • affinché non osassero • ti fidasti del suo valore • siamo soliti • diffidiamo di quell'uomo • avrai fiducia di tuo figlio

b) *cum auderet* • *gavisus eram* • *ausi sumus* • *confisi sumus puellae* • *fidis virtute* • *diffidit suae salutis* • *solebamus* • *ut fideres Caesari* • *cum fisis essetis* • *cum solerent* • *ut soleant verum dicere* • *tibi fisis eramus* • *ut ancillis fidatis* • *fisis eramus* • *soliti sumus* • *solemus* • *cum gauderem* • *cum gavisus sit* • *mihifidam*

13 Traduci.

1. *Quarum rerum ego maxima documenta haec habeo, quod in bello saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant quique tardius revocati proelio excesserant, quam (in eos) qui signa relinquere aut pulsif loco cedere ausi erant.* (Sall.) • 2. *Mirari soleo, cum video aliquos tempus petentes et eos qui rogantur, facillimos.* (Sen.) • 3. *Videntes autem stellam*

gavisi sunt gaudio magno valde. (Vang.) • **4.** *Galli Cybebes circum in quaestus ducere asinum solebant baiulantem sarcinas.* (Fedr.) • **5.** *Mus non uno fudit antro.* (Plaut.) • **6.** *Salve, o venusta Sirmio, atque ero gaude: gaudete vosque, o Lydiae lacus undae: ridete, quicquid est domi cachinnorum.* (Catull.) • **7.** *Confidite Domino quoniam bonus (est).* (Bibbia) • **8.** *Gaudet patientia duris (rebus).* (Luc.) • **9.** *Solent pares facile congregari cum paribus.* (Amm.) • **10.** *Non solum universo generi hominis, sed etiam singulis a diis immortalibus provideri solet.* (Cic.).

14 Traduci.

1. Diffidiamo di quell'uomo che ha giurato davanti al giudice. • **2.** Io non sono solito avere fiducia in coloro che sono soliti adulare. • **3.** Diffidando delle tue forze, niente osò. • **4.** Poiché abbiamo visto i nostri campi devastati, abbiamo domandato l'aiuto degli alleati, nel valore dei quali molto confidiamo.

15 Traduci.

Il discorso della montagna

Videns autem Iesus turbam, ascendit in montem; et, cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et sic locutus est:

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram

Beati qui solent lugere, quoniam ipsi consolabuntur.

Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

Beati estis cum maledixerint vobis et persecuti vos erunt et dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis: sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos.

(dal Vangelo)

16 Traduci.

Il filosofo Stilpone (Stilpon)

Demetrio, che ebbe il soprannome di Poliorcete, aveva conquistato la città di Megara. Il filosofo Stilpone, interrogato da lui se avesse perduto qualcosa, disse: «Nulla; ho con me tutte le mie cose». Eppure il suo patrimonio era diventato preda dei nemici, il nemico gli aveva rapito due figlie e altri avevano osato impadronirsi della patria. Dunque non aveva alcun motivo per rallegrarsi della sua situazione. Ma egli aveva con sé tutti i beni, quelli che nessuno può prenderci; invece non giudicava (usa *arbitror*) suoi quei beni che i nemici saccheggiavano (usa *populor*) e prendevano, ma estranei e legati al capriccio della sorte; perciò non li aveva amati come propri. Se a questo filosofo non poterono strappare nulla la guerra e il nemico, può forse offenderlo un ladro o un calunniatore o un prepotente?